



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,  
doctrina excutitur, scripta recensentur

**Origenes**

**Rothomagi, 1668**

III. Patrum multorum assensu & sua ipsius fluctuatione juvatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-25059**

ORIGENIANORVM

III. Reprehensum fuisse id in Origene adnotat Sixtus Senensis libr. 5. Ann. 105. sed D Augustini suffragio defendit. Consimilem sane profecti sunt doctrinam Patres antiqui complices, non Origene solum vetustiores, vel coevi, sed recentiores etiam & Nicena Synodo posteriores. Horum nomina & loca colligit Pamelius in Paradoxis Tertulliani, cap. 19. collegent subinde & alii. Ex quibus locis liquet perflavimus his fuisse Patribus morem Patri gerentem Filium Patriarchis aspectabilem sese prabuisse, Deique, Angeli, vel Domini nomina fuisse fortitum; & quacunque in Testamento Veteris historia à Deo facta legimus, Filium Autorem habuisse. Attamen non in ea sibi constat sententia noster Origenes, nam easdem quoque partes nonnumquam Deo Patti videtur assignare: velut Homil. 3. in Luc. *Grata Dei*, inquit, *sicut ut apparuit Abraham, vel ceteris Prophetis: non quod oculis tantum cordis Abraham in causa fuerit, ut cerneret Deum, sed quod gratia Dei ultra se* E *aplicandam praeberuit vito iusto. Hoc autem non solum super Deo Patre intelligas, sed etiam super Domi- no Salvatorem, & super Spiritu sancto.*

I. Qui Filium Dei, priusquam humanum indueret, corpus, in Angelis, Patriarchis, & Prophetis adiisse dixerit; Dei quoque & hominum mediatores tunc fuisse, internunciū, & sequestrum dicere necesse est. Hanc dogmatum consequentiam tenuit Origenes, & qui prius illud posuerat, alterum quoque hoc ducere. Verba ipsius debemus Apologię Pamphili: *Dicit ēst autem, inquit, Lex Mosis per Angelos in manu mediatoris Christi, & virtutes quia com effici in principio Verbum, & apud Deum esset, & Deus esset Verbum, Petri in omnibus misericordiis. Omnis enim per ipsum facta sunt, id est, non solum creatura, sed & Lex, & Propheta; & ipse metus ēst mediator Dei & hominum. Quod Verbum quidem in fine saeculorum homo factus ēst Iesus Christus, F* sed ante hanc incarnationem in carne adventum, mediator quidem erat hominum, sed nondum erat homo. Erat lumen & tunc mediator Dei & hominum: unde & data Lex per Angelos in ipsius mediatoris manus data esse dicitur, ut effici Lex sancta, & mandatum sanctum, & iustam, & bonum, & omnia haec sanctificarentur à Christo. Non igitur ex modo intercessor, & usor me Dei & hominum dicitur ab Origene fuisse Christus, antequam de Virgine nasceretur, quo modo deinde fuit, postquam naturam humanam suscepit: nam per utriusque naturae conjunctionem hominem cum Deo conciliavit, atque ita medium quid inter utrumque fuit, cum utrumque esset, & Deus & homo. Quamvis autem communio illius, & futuri aliquando confortij, remunquam per illud gerendarum intuitu, in Veteris Testamenti Patriarchas, & Prophetas Deus bonitatis sue & gratiae divitias profuderit, & tunc etiam *usor me* Christus quodam-